

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historiae ecclesiasticae saeculi ... XVI supplementum

Fecht, Johann

Francofurti et Spirae, 1684

VD17 VD17 3:315948Z

CCXXI.

[urn:nbn:de:bsz:31-122751](#)

tionem te facturum mihi persuaserim, (si sit occasio). Cæterum qui mihi nuper causus contigerit, ex ipso cognosces, quo certè benigna DEI providentia manuque sum servatus misericorditer, & debo eidem ~~antique~~ persolvere. Quæ Lindauenses ad nos dederint propter Ruppium, ex Gynæo intelliges. Hæc paucis nunc ad te, vir Reverende & charissime frater, scripsi, quia occupatus plura non potui. Saluta reverenter uxorem, filios & collegas omnes. Scripsi Basileæ, 21. Martii, Anno 77.

Sulcerus. tuus
ex animo.

CCXXI.

*S. in Christo. Reverende & clarissime vir, & amice in
Domino charissime:*

Podagræ cruciatu te liberatum, ex animo tibi gratuler; & Deum precor, ut hoc malum ita in te profligat, ne amplius recurrat.

Illustrissimus Elector in itinere est, & spero C. E. ad tertium Aprilis diem luc appellere, secundo Nicro, posse. Interea nihil mutatum aut constitutum est in schola, sed expectatur exoptatus redditus, salutare consilium, & plium decretum Electoris. Multæ obversantur nobis difficultates, quas tamen Domini providentia, atq; optimi Electoris & matura & moderata consilia discutient & dissipabunt. Et quamvis non dubitem, filium tuum parentis autoritatem securum, & postquam vocatus fueris, abunde Illustrissimo Electori, eruditione, pietate & industria sese commendaturum, tamen si quid meæ commendationes poterunt, ipsi non deero: nec enim scholæ huic fidelem, quam navare potest, operam, neq; parenti hunc sene etatis baculum invideo, sed potius ex animo gratulor. D. Jacobus Andreæ in itinere quidem cl., sed non ut patriam repeatat, verum, ut familiam Lipsiæ Wittebergam transferat. Scripsit hac de re nuper admodum ad me, & credo haec hebdomada cum Wittebergam concessisse, ad scholam & ecclesiam recte constituendam. Crellius & Oberndorfer cedere jubentur. D. Polycarpo per impositionem manum D. Jacobus, sic volente Electore, curam Ecclesia Wittebergensis commendavit. Credo, virum plium & doctrum tibi non esse ignotum: facit ipsum Dominus ~~et alii reges et principes~~.

Si verum esset, quod de D. D. Sulzero scribis, tristis nobis & acerbis esset hic casus: Sed ea die, qua literas tuas accepi D.D. Grynæus me hic salutans, affirmavit, conficta hæc esse & falsissima, se enim ante paucos dies Basilea discessisse Sultero salvo & incolumi. Dominus hanc sepe imò murum contra vicinos adversarios quam longissime conservet. Prima die Martii, D. D. Jacobus, Chemnitius & Selneccerus Bergæ prope Magdeburgum convenerunt ad ponderanda judicia mul-

tarum

A. 1577.

PARS QUARTA

55

tarum ecclesiarum de scripto Torgensi. Speramus bonum exitum. Vale Reve-
rende vir, & totum vestrum sanctum ministerium, imprimis Dominum Flinnerum
& D. Pappum, reverenter ex me saluta. Datae Heidelbergæ, inter multas occupa-
tiones, 29. Martii, a.o. 77.

7.

Balth Bidembach.



CCXXII.

Significavit mihi D. Grynaeus, familiariter amiceque se à te acceptum, quod fore-
si te conveniret, animo ante præsumpsaram. Factam verò mentionem de Tobia
populari ruo, pium sanumq; consilium tuum aperuit. Verum dum abest ille, Sena-
tus Lindaviensis ad ampliss. Magistratum nostrum & Academiam scripsit literas gra-
ves & admonitorias, missa simul eo libro, quo collatio D. Jacobi Andreæ cum ipso
habita, ac vestræ Ecclesiæ & Tubingensis Academiæ sententia & consilia continen-
tur, quibus perleclis dectetur est, ut hinc migrare cum primum jubeatur per Acade-
miae Rectorem. Id cum reveritus Tobias his diebus intellexisset, nostram petit hu-
militer intercessionem, quam idcirco negare noluimus, quia utcunq; durus adhuc vi-
deatur, non tamen de ipso spem omnem abjecerimus, & quantum in nobis est, cavere
cupiamus, ne desperatione absorbeatur. Hoc autem solum impetrare cupimus,
ut eousque saltem locum habeat, dum commode se cum suis recipere aliorum quisat.
Verum quid effecturi simus, ignoramus, quia post triduum demum ipsius legetur
supplex libellus, & nostra audierit intercessio. Collegam ipsius conditionem na-
tum esse ait. Verum quid de ipso futurum sit, nisi referat solidæ confessionis testi-
monium, cum celebriore sit nomine, non facile conditio ei dabitur, nisi forte in Au-
striam se recipiat, ubi Assertores ejus sectæ quidam, ieq; acres esse affirmantur. De
Marchionis obitu triste nobis allatum est nunciura, quod iniquo admodum tempo-
re evocatus nobis hinc ad cœlestia Princeps sit, quem habuerunt Ecclesiæ benignum
nutrarium & sincera doctrinæ assertorem & defensorem. Sed spes in eo est, qui pro-
misit suis non relieturum ipsos orphanos. Per te tamen cupio & Præpositum Bi-
denbachium & Theologos Tubingenses diligenter commoneri, ut quia Senatus Ju-
niorum Principum ex auctoritate Würtembergici, quem tutorem ipsis constitutum
esse cum Palatino accipio, majori ex parte pendebit, ut inde cumpromis vigili cura
intendatur & curetur, ut puritas doctrinæ & religionis hactenus consueta conser-
vatur & caveantur corruptelæ. Si quid eam ad rem meum quoq; infirmum ministeri-
um conferre potest, non desto officio. Ex Gallia nos nihil accipimus, nisi quod Rex
quan-